



**R. P. Lvcæ Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia  
Spiritvalia Qvadraginta, De Sacrosancto Eucharistiæ  
Sacramento**

**Pinelli, Luca**

**Coloniae, 1608**

Christvs Coram Pilato accusatur. Luc.23.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](#)

32 MEDITATIONES.  
CHRISTVS CORAM PILATO  
accusatur. Luc. 23.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. C ONSIDER A , quomodo IESVS  
tribunali Pilati exhibitus fuerit, ut  
ab eo morti adiudicaretur; Pilatus vero cum  
non inueniret causam mortis in eo, & Christum Galileum esse intelligeret, Herodis  
Galileæ domini , tribunali eum sibi mis-  
sit.

II. C ONTEMPLAR E quomodo Iu-  
dæi, cum à Pilato , quod capuerant non  
obtinuissent , totam rabiem suam in Is-  
s u m effuderint, illumque probrosis vor-  
bus, multisque alijs contumelijs perplateas  
Hierosolymitanæ vrbis, ad Herodis palau-  
um pertraxerint.

III. R E V O L Y E magnitudinem humi-  
litatis & amoris Christi erga nos , qui pro  
salute nostra , & eorum qui has ei iniuras  
irrogabant, male tractari & ludibrio habeti  
non detrectauit.

DOCVMENTA.

I. F ilii disce à Christo non murmurare, non in-  
dignari, quando Iudices non eam quam de-  
betest

DE PASSIONE CHRISTI. 33  
berent iustitiam tibi administrant, aut eam de die  
in diem prorogant: etiam se virgere, ut eam faciant,  
licitum sit.

2. Quomodo poteris in publico, ad Christi ex-  
emplum ludibria & contumelias pro D[omi]ni amore  
sustinere, qui domini ne minimum quidem verbu-  
lum, aut leuem iniuriam placide tolerare potes?

3. Fili humilitatis cum Christo amator esto,  
& omnia hominum ludibria nihil pendes. Verans  
preferens charitatem consequis fatage, & his quite  
offendunt, benefacies.

### COLLOQVIVM.

O Domine quando isti satellites aliquā  
tibi requiem indulgebunt? quando  
tuis irrisiōibus lassi & saturi erunt? suffi-  
ciat illis, quod tota nocte instar canis scā-  
no siue sedili te alligauerint, & nunquam  
à te affigendo & cruciendo cessauerint. O  
immanitatem. Tu fecisti noctem ad homi-  
num quietem & refocillationem, & homi-  
nes eam in te cruciendo & affligendo tran-  
sigunt: Quam magna Redemptor mihi est  
charitas tua; vt nobis aeternam requiem  
largiteris, torqueri & cruciatibus fatigari  
non detrectas. Heu Domine, transacta est  
h[ab]o & tamen cruciatus tui needum finem  
habent,

34 MEDITATIONES.

habent: sed quemadmodū inimicorum tuorum  
rabies magis ac magis crescit, ita & illi sin-  
gulis pene momentis augentur. O Hiero-  
solympia cur ad I E S V M defendendum &  
manibus hostium eripiendum non con-  
furgis, qui filius tuus, in his ipsis placitis, per  
quas ignominiosè veluti reus & malefa-  
ctor ducitur, sanitatem contulit? Tutare il-  
lum, quia Pilatus nullam in eo moreis cau-  
sam inueniens, Herodi eum transmittit; &

scelerat Iudæi, qui ex iniuria eum accu-  
sauerant, quia veteri sui compotes ef-  
fecti non fuere, odio & ira sti-  
mulati, immannissime  
illorum trahant.

CHR